

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Adulacio au  
cum uariis

Alexander cum in obsidione cuiusdam urbis circuisset muros, ictu sagitte percussus, cum represso sanguine sicci uulneris dolor cresceret et crus obstupisset coactus absistere, omnes, inquit, iurant me esse filium Iouis, sed uulnus hoc hominem me esse clamat. Idem nos faciamus. Dicamus uos quidem dicitis me esse prudentem. Ego autem uideo quam multa inutilia concupiscam, nocitura optem.

Seneca ibidem.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Adulacio au] Adulatio ar P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup>, Adulatio at L<sup>2</sup>; muros] ac *add. (del. sub lin.)* B;  
dicamus] n *add. (del. sub lin.)* B, dicamusque L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; dicitis] dicisis C